

sibi expedit. Mater et qui intus erant exanimati quid agant nesciunt. Vincit tandem ea sententia. ut reueratis paululum foribus manus ei iniiciant: eumque comprehensum tacere iubeant. Sed ille repente ut armatos vidit. trepidus refugit hostesque intra urbem esse vociferat ad Rhenum subito per uolat. queque uiderit refert. Ne qui intus erant uno agmine raptim e domo profiliunt: primoque impetu moenia proquaque uno tantum vigile ibi reperto turrinque occupant Rhenus eo nuncio ac tumultu excitatus ad moenia celeriter reuersus impetum in hostes facit: Alfonso quo suis animos addat: scalas admoueri imperat. Sed oppidani eam muri partem facile tuebantur et qui per scalas in captas turrim euaderent grauium saxorum deiectione obsistebant: dum pugnatur acriter ob equitans moenia Alfonso locum quendam neglectum esse animaduertit. eoque celeriter scalas admoueri iubens. murum obtinuit. Jam qui turrim occuparant partim grauiter sauciati pugnam remisserant. partim precipites e muro se dederant. Eratque Rhenus eam turrim recepturus. nisi a tergo subito cum ingenti clamore hostes inuicti terrorem intulissent: Anxit et trepidationem oppidanorum unus ex Alfonsi militibus: qui per moenia urbem ingressus conscenso equo. quem uacuum forte inuenit. in hostem iuictus opinionem prebuit prope porte capte atque infracte non tum Rheno defuit animus. Sed cohortatus qui ad erant in hostes fortiter irruens: eorum impetum paululum repressit: mox uero ut crescente hostium numero suos exterritos animaduertit. sensim. referre pedem cepit. atque ingressis per diuii Januarii portam hostium compluribus in arcem Regiam cum paucis se recepit. tum et a fori Boarii porta et ab alijs diuersis muri partibus irruptio facta. atque ad preda discursum est. a cedibus tamen temperatum. Mox uero ingresso Rege et prede quoque finis factus. In signis huius anni memoria expugnatione tante urbis que eo modo